

**A** & Ioannem ducem Burgundia tumulus, clades, caedes, quae per sexaginta annos perleverant, docent abunde, *Philippus Comines libro 1. cap. 27. plenè Polydor. Virg. libro 24. historiae Angl.*

Anno Domini 990. Mediolani ingens seditio exarsit, quae novam Reipublicae mutationem induxit; quippe Bonifacius Dux ab Imperatore Orthone I. constitutus, Gothefredo Archiepiscopo mortuo dignitatem illam ab Orthone III. Landulpho filio suo impetrauit, populoque Landulphum repudiante ad arma ventum est. Bonicius in lectulo clam confossus. Landulphum verò, cum duce praefecturam mandari fratri suo natu proximo vellet, populus ira percitus, urbe cum frutoribus eius exegit, ac ducis Magistratum abrogavit, consules qui regerent civitatem, more etiam in Italia instituto, creavit. Atque haec seditio civitatem Mediolanensem in duas partes distraxit, nobilitatem, & plebem, quo veneno semel infecta nunquam postea planè inualuit. *Signus lib. 7. belli Italici.*

Nec est quod aliunde, aut à distito quo exempla petamus. Habemus pro dolor nimis domestica & propinqua. Quis enim ignorat omnis calamitatis quae in Belgicas ditiones, olim Christiani orbis delicias, effusa ab hinc annos quinquaginta fuerunt, fontem fuisse; atque eandem etiam quae hodie eandem pessundant & exitio dant adhuc esse, nationum variarum studia & conatus diversos? Dum enim commune bonum ad se quisque distrahere laborat, reique summam penes se esse contendit, parum sollicitus de regiarum opum dispendio, aut patriae utilitate, dummodo Rex Catholicus caute expiletur, ac quam optime & laute illis omnia succedant, interit pristinus Religionis, concordiae, & negotiationis vigor, cunctaque dilabuntur.

**FACTIONES COERCERE, VETARE, IMPEDIRE, QUIBUS MODIS?**

*Nempè.*

**CONCILIABULORVM DISSIPATIONE.**

**C**um factiones aliud non sint, quam iuratae quaedam improborum aut malecolorum in vnam conspirationem ad malum coitiones, omnino conuenit eas impedire, etiam si praetextu causae alias licite congregarentur. Declaratur ab Arcadio, & Honorio CC. reus laesa maiestatis, quisquis cum militibus vel privatis, vel barbaris scelestam inierit factionem, aut factionis ipsius accepit sacramentum vel dederit, & puniendum gladio adiectis bonis fisco, *l. quisquis 5. & l. fin. ad l. iul. maiesta. C. lib. 9. tit. 8. cujus poena amissionem sustinet, & memoria rei etiam post mortem damnatur. S. publica autem iudicia de publ. iudi. ad Iustina.*

Heluetij in suis confederationibus stabilitis suis rebus, post expullos principes, cauerunt, ne qui ex confederatis, cum aliis non comprehensis factionem, societatemve nouam inirent, sine consensu totius societatis, & pagorum & confederatorum.

Reges quoque Galliae habitio comitorum Concilio, prohibuerunt omnibus regnicolis & subditis, sub poena criminis laesa maiestatis societatem seu ligam inire cum aliis principibus extraneis, neue ad illos litteras christas mitterent, aut ab illis, acciperent, seu ab illorum subditis de rebus status & causis regni, sine expressa regis licentia. *In Ed. Tho. Carol. IX. de pacificatione, edito 1562. artic. 5. & in edict. 1563. a tit. 7. & 9. in ed. Tho. Henrici III. & constitutionibus comitorum Regesum anni 1579. artic. 18. & in constitutionibus anni 1580. artic. 44.*

**D** **CONTENTIONVM INTER NOBILIORES SUPPRESSIONE.**

*Aristoteles lib. 5. Polit. cap. 8. & 5. adfert precautionem contra factiones, ut nobilium contentiones & partes, quas dicunt nunc partialitates, legibus expressè latis prohibeantur. Nobilium enim factiones facile in partes disciuntur, populum, & Mecænas exillimavit optimum pro conservatione Reipublicae, & ita suavitè Caesari Augusto, inimicitias omnes & ambitiosa certamina prorsus excindere, aded ut nec nomina noua, aut quidpiam aliud ex quo dissidia oriri possint, permittantur. Et si oriantur statim in initio comprimunt. Dio Cassius lib. 52.*

**ALTERVTRIVS FACTIONIS PARTES**

*SEQVENDO.*

*Quod tamen problemate adseritur.*

Arbitrantur nonnulli legem Solonis quandam ad remedium factionum & coniurationum pertinere; quae iubetur sub capitali poena, in seditionibus & factionibus alterutram partem sequi; sic enim ait: Si ob discordiam dissensionemque seditio atque dissensio populi in duas partes fieret: & ob eam causam irritatis animis vtriusque arma caperentur, pugnareturque: tum qui eo tempore eoque casu civilis discordiae, non in alterutra parte sese adunxerit, sed solitarius separatimque à communi malo civitatis secesserit, is domo, patria, fortunisque omnibus caret, exul extorrisque esto. Quam legem quidam non ad augendam, sed ad finendam seditionem pertinere dicebant. Quia si boni, ut putabant, homines, qui principio coercendae seditionis impares fuerint, populumque percitum ira, & amentem non deteruerint, ad alterutram temperari, ac regi ceperint; concordia potissimum per eos restitui, conciliarique possit, dum suos, apud quos sunt regunt, ac mirificant, & adversarios servatos magis cupiunt, quam perditos. Et hoc idem Phauorinus Philosophus inter fratres quoque ac amicos dissidentes oportere fieri censebat, ut refert *Gellius libro 2. cap. 12.*

Aliis pluribus, Solonis lex meliori iudicio videtur in omnibus reicienda: siue agatur de factione in Democratia, vel in alia specie reipub. subortae. Nam & Solon ipsemet factus, videtur legem suam reprobasse. Seditionem enim inter urbanos agricolas maritimos exorta, & neutrarum se patium fecit. *D. ogenes in eius vita lib. 1.*

*Cicero ad Atticum* scribens Ego verò, inquit, Solonis popularis tui, & ut puto etiam mei legem negligam, qui capite sanxit: si quis in seditione non alterutrius partis fuisset, nisi tu aliter censes, & hinc abaro, & filij, & c. Bellum etiam non est legitimum, quod inter se cives gerunt, ided qui se seditionis vel divisi non iunxerit, argui non debet hostilitatis. Aiunt gloriari solitè Quintus Hortensium, quod nunquam civili bello interfuisset. *Cicero lib. 2. familiar. Epist. 16.*

Fertur quoque A sinij Pollionis factum, ac dictum memorabile: qui cum rogaretur à Caesare, ut secum proficisceretur ad bellum Aetiacum: Ego, inquit, discrimine vestro me subtraham, & ero praeda victoris. *Velleius Patereculus lib. 2. Histor.* Et *Cicero ad Atticum lib. 1. Epist. 4.* Melioris, inquit, medius fidus civis, & viri puto: quovis supplicio affici, quam illi crudelitati non solum praesse, verum etiam interesse.

**Facultates.**

*Pura, sensitiva, vegetativa, motiva, naturales.*

*Perantur ex loco de Corpore. Tit. Partium corporis motus.*

**Fallacia, Falstas, Fallere.**

**\* DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.**

**F**allacia, quae alio nomine dicitur locus sophisticus, quia scilicet est causa fallendi, quantum est de se, licet aliquis non fallatur per ipsum in actu, nisi ignorantia adueniente. *B. Thom. quist. 39. c. 1. final.*

Fallacia à fando dicitur, ut Varroni placet, quod fando decipiamus, & contra quem diximus, faciamus, Et fallax appellatur, qui mentiendo decipit.

Fallacia Graece ἐλαττω Hebr. variis vocibus fallacias multiplices depingunt. *1. Beghedb.* prauaricatio, excursio, vestis quae dissolvit, & excurrendo aperitur à verbo *Bughadb.* transgressus est metam, cucurrit extra lineas, quemadmodum vestis à superbe incedentibus variè discutit suas flexuras. Ita fallaces homines suas imposturas (*Gall. Bagatelles.*) paulatim explicant. *2. Herbelid* est, dolosus fuit, fallaciter egit, sefellit nugis & mendaciis. Cognationem habet cum *Tablab.* suspendit; nam suspensum aliquem tenere vanis promissis, est fallere.

Hinc